

Ad Nonam, Antiphona.

Ista est speciōsa.

Pro Martyre tantum.

Capitulum. *Ecl. 51.*

Laudabit usque ad mortem anima mea Dōminum: quoniam eruis sustinentes te, & liberas eos de manu angustiae, Dōmine Deus noster.

Pro nec Virgine nec Martyre.

Capitulum. *Proc. 31. b.*

Multae filiae congregaverunt divitias: tu supergressa es universas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dōminum, ipsa laudabitur.

B. Breve. Elegit eam Deus, & Et praelégit eam. Elegit. *Y.* In tabernaculo suo habitare facit eam. Et praelégit. Glória Patri. Elegit. *Y.* Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Ad Vesperas: Antiphona. Dum esset rex, & alia ut supra in primis Vesperis. *xvii.* *Y.* Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem, & panem otiosa non comedit.

Si fuerint plures non Virgines, idem sit Officium ut supra.

Lectioes pro Martyre tantum.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Joānis Chrysostomi. *Serm. 67. de diversis novi Test. locis.*

Lectio. y.

Ego maxime commemoratōnes diligo Martyrum, diligo & amplēctor; atque omnes quidem, sed tum praecipue, cum mulierum certamina proponuntur. Quantō enim infirmus est vas, tanto major est gratia, tantō illustrior est trophaeum, tantō insignior est victōria, non ob imbecillitatem sexus athletarum, sed quod per ea,

quibus vicerat inimicus, nunc etiam vincatur.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: Et deducet te mirabiliter dextera tua. *Y.* Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere procedē, & regna. Et.

Lectio v.

Per mulierem vicit, per mulierem superatus est. Hoc illius antea telum erat: hoc illius nunc caedis factum est instrumentum, hoc vas apparuit insuperabile. Peccavit illa prior, & mortua est: ista mortua est, ne peccaret. Illa tum futilis promissi spe inflata, Dei leges violavit: haec vitam praesentem contempsit, ne fidem in suum benefactorem ejuraret. Quam igitur deinceps sperare poterant excusationem viri, si molles sint, & ignavi: quam vero veniam, cum fortiter ac viriliter se gerant mulieres, cum aedo se generose ad certamina pietatis accingant? **R.** Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: Propterea unxit te Deus tuus oleo laetitiae. *Y.* Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vi.

Fuit illi corpus imbecillum, & obnoxius sexus injuria; verumtamen omnium horum imbecillitatem adveniēns gratia occultavit. Nihil enim est, nihil plane potentius est eo, qui magno cum studio Dei timorem habeat in mente defixum, sed quamvis ignes, quamvis ferurum, quamvis bestias, quamvis aliud quidvis minentur hostes, omnia nullo negotio contemnit: quod utique Beata ista etiam fecit.

R. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: Mulier timens Deum, ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis operae ejus. Mulier. Glória Patri. Mulier.

COM-

COMMUNE
Dedicationis Ecclesiae.

Ad Vesperas, Antiphona. Domum tuam Dōmine, cum reliquis de Laudibus. *cxvi.* *Psalmus.* Dixit Dōminus, cum reliquis de Domnica, 100. & loco ultimi, *Psalmus* Lauda Jérusalem. 117.

Capitulum.

Apoc. 21.

Vidi civitatem sanctam Jérusalem novam descendentem de caelo à Deo, paratam sicut sponsam ornatum viro suo.

Hymnus.

Celestis urbs Jérusalem,
Beata pacis visio,
Quae celsa de viventibus
Saxis ad astra tolleris,
Sponsaque ritu cingeris
Mille Angelorum millibus.

O sorte nupta prospera,
Dotata Patris gloria,
Respersa Sponsi gratia,
Regina formosissima,
Christo jugata Principi,
Coeli corusca Civitas.

Hae margaritis emicant,
Patentque cunctis ostia:
Virtute namque praevia
Mortalis illuc ducitur,
Amore Christi percitus
Tormenta quisquis sustinet.

Scalpri salubris ictibus,
Et tunsiōne plurimā,
Fabri polita malleo
Hanc saxa molem construnt,
Aptisque juncta nexibus
Locantur in fastigio.

Decus Parenti debitum
Sit usquequaque Altissimo,
Natōque Patris Unico,
Et inlycto Paraclyto,
Cui laus, potestas, gloria
Aeterna sit per saecula,
Amen.

Haec est domus Dōmini firmiter edificata. **R.** Bene fundata est supra firmam petram.

Pars Hyemalis.

Ad Magnificat, Antiphona.

Sanctificavit Dōminus tabernaculum suum: quia haec est domus Dei, in qua invocabitur nomen ejus, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dōminus.

In ipso die Dedicationis Ecclesiae, & per Octavam, & quando varanda est Oratio ob concursum Dedicationis alterius Ecclesiae.

Oratio.

Deus, qui invisibiliter omnia continēs, & tamen pro salute generis humani signa tuae potentiae visibiliter ostendis: templum hoc potentia tuae inhabitationis illustra, & concede; ut omnes, qui hic deprecaturū conveniunt, ex quacumque tribulatione ad te clamaverint, consolatiōnis tuae beneficia consequantur. Per Dōminum.

In anniversario Dedicationis Ecclesiae, & per Octavam.

Oratio.

Deus, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis reparas diem, & sacris semper mysteriis repraesentans incolūmes exaudi preces populi tui, & praesta; ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse laetetur. Per Dōminum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Domum Dei decet sanctitudo: Sponsum ejus Christum adoramus in ea. *Psalmus.* Venite, exultemus. 1. *Hymnus.* Celestis urbs Jérusalem, ut supra.

In primo Nocturno, Antiphona.

Tollite portas principes vestras, & elevamini portae aeternales.

Psalmus 23.

Domini est terra, & plenitudo ejus: orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit

Mmm eum:*

eum: * & super flumina preparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde, * qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: * & misericordiam a Deo salutari suo.

Hec est generatio querentium eum, * querentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portae aeternales: * & introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? * Dominus fortis & potens, Dominus potens in praelo.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portae aeternales: * & introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? * Dominus virtutum ipse est rex gloriae.

Antiphona. Tollite portas principes vestras, & elevamini portae aeternales.

Antiphona. Erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste vocabitur domus Dei.

Psalmus 45.

Deus noster refugium, & virtus: * adjutor in tribulationibus, quae invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: * & transferentur montes in cor maris.

Sonerunt, & turbatae sunt aquae eorum: * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus laetificat civitatem Dei: * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur: * adjuravit eam Deus mane diluculo.

Conturbatae sunt gentes, & incli-

nata sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.

Venite, & videte opera Domini, quae posuit prodigia super terram: * auferens bella usque ad finem terrae.

Arcum conteret, & confringet arma: * & scuta comburent igni.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: * exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.

Antiphona. Erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste vocabitur domus Dei.

Antiphona. Aedificavit Moyses altare Domino Deo.

Psalmus 47.

Magnus Dominus, & laudabilis nimis * in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundatur exultatione universae terrae mons Sion, * latera Aquilonis civitas Regis magni.

Deus in domibus ejus cognoscetur, * cum suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terrae congregati sunt: * convenerunt in unum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: * tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ut parturientis, * in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri: * Deus fundavit eam in aeternum.

Suscipimus Deus misericordiam tuam, * in medio templi tui.

Secundum nomen tuum Deus, & laus tua in fines terrae: * justitia plena est dextera tua.

Laetetur mons Sion, & exultent filiae Judae, * propter judicia tua Domine.

Cir-

Circumdate Sion, & completimini eam: * narrate in turribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus: * & distribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in aeternum, & in saeculum saeculi: * ipse reget nos in saecula.

Antiphona. Aedificavit Moyses altare Domino Deo. **V.** Domum tuam Domine decet sanctitudo.

R. In longitudinem dierum. Pater noster. **Absolutio.** Exaudi Domine.

V. Jube domne. **Benedictio.** Benedictioe perpetua.

De libro secundo Paralipomenon. **Lectio j.**

Cum complisset Salomon fundens preces, ignis descendit de caelo, & devoravit holocausta & victimas: & majestas Domini implevit domum. Nec poterant sacerdotes ingredi templum Domini, eo quod impleisset majestas Domini templum Domini. Sed & omnes filii Israel videbant descendentem ignem, & gloriam Domini super domum; & corruentes proni in terram super pavimentum stratum lapide, adoraverunt & laudaverunt Dominum: Quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia ejus. Rex autem & omnis populus immolabant victimas coram Domino. Mactavit igitur rex Salomon hostias, boum viginti duo millia, arietum centum viginti milia: & dedicavit domum Dei rex, & universus populus.

R. In dedicatione templi decantabat populus laudem: * Et in ore eorum dulcis resonabat sonus.

V. Fundata est domus Domini supra verticem montium, & venit ad eam omnes gentes. Et in ore.

Benedictio. Unigenitus Dei Filius.

Lectio ij.

Sacerdotes autem stabant in officis suis: & Levitae in organis

carminum Domini, quae fecit David rex ad laudandum Dominum: Quoniam in aeternum misericordia ejus: hymnos David canentes per manus suas: porro secerdotes canebant tubis ante eos: cunctisque Israel stabat. Sanctificavit quoque Salomon medium atrii ante templum Domini: obtilerat enim ibi holocausta & adipis pacificorum: quia altare aneum, quod fecerat, non poterat sustinere holocausta & sacrificia & adipis. Fecit ergo Salomon solemnitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israel cum eo, ecclesia magna valde, ab introitu Emath usque ad torremem Aegypti. Fecitque die octavo collectam, eo quod dedicasset altare septem diebus, & solemnitatem celebrasset diebus septem.

R. Fundata est domus Domini supra verticem montium, & exaltata est super omnes colles: * Et venit ad eam omnes Gentes, & dicit, Gloria tibi Domine.

V. Venientes autem venit cum exultatione, portantes manipulos suos. Et venit.

Benedictio. Spiritus sancti gratia.

Lectio iij.

Complevitque Salomon domum Domini, & domum regis, & omnia quae disposuerat in cordesuo, ut faceret in domo Domini, & in domo sua, & prosperatus est. Apparuit autem ei Dominus nocte, & ait: Audivi orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificii. Si clausero caelum, & pluvia non fluxerit, & mandavero & praecipero locustae, ut devoret terram, & misero pestilentiam in populum meum: conversus autem populus meus, super quos invocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquirierit faciem meam, & egerit penitentiam a viis suis pessimis: & ego exaudiam de-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

ca-

caelo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum. Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meae erectae ad orationem eius, qui in loco isto oraverit. Elegi enim & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.

B. Benedic Domine domum istam, quam edificavi nomini tuo, venientium in loco isto: **Exaudi** preces in excelsis solio gloriae tuae.

V. Domine, si conversus fuerit populus tuus, & oraverit ad sanctuarium tuum. **Exaudi** preces. Gloria Patri. **Exaudi.**

In secundo Nocturno, **Antiphona.** Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta caeli.

Psalmus 87.

Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: * concupiscit, & desecit anima mea in atriis Domini.

Cor meum, & caro mea * exultaverunt in Deum vivum.

Et enim passer invenit sibi domum: * & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutum: * Rex meus, & Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua Domine: * in saecula saeculorum laudabunt te.

Beatus vir, cuius est auxilium abs te: * ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum, in loco quem possuit.

Et enim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: * videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: * auribus percipere Deus Jacob.

Protector noster aspice Deus: * & respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atriis

tuis * super millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei: * magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam, & veritatem diligit Deus: * gratiam, & gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulat in innocentia: * Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Antiphona. Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta caeli.

Antiphona. Vidit Jacob scalam, summus eius caelos tangebat, & descendentes Angelos, & dixit: Verè locus iste sanctus est.

Psalmus 86.

Fundamenta ejus in montibus sanctis: * diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * civitas Dei.

Memor ero Rahab, & Babylonis scientium me.

Ecce alienigenae, & Tyrus, & populus Aethiopiae, * hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicit: Homo, & homo natus est in ea: * & ipse fundavit eam Altissimus?

Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum: * horum, qui fuerunt in ea.

Sicut latantium omnium * habitatio est in te.

Antiphona. Vidit Jacob scalam, summus eius caelos tangebat, & descendentes Angelos, & dixit: Verè locus iste sanctus est.

Antiphona. Exiit Jacob lapidem in titulum, fundens oleum desuper.

Psalmus 87.

Domine Deus salutis meae: * in die clamavi, & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: * inclina aurem tuam ad precem meam:

Quia

Quia replèta est malis anima mea: * & vita mea inferno appropinquavit.

Aestimatus sum cum descendens in lacum: * factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos libere.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: * & ipsi de manu tua resplendent.

Posuerunt me in lacu inferiori: * in tenebris, & in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus: * & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos à me: * posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, & non egressus: * oculi mei languerunt praenopia.

Clamavi ad te Domine tota die: * expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia: * aut medici suscitabunt, & constabunt tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, * & veritatem tuam in perditione?

Numquid cognoscuntur in tenebris mirabilia tua: * & iustitia tua in terra oblivioni?

Et ego ad te Domine clamavi: * & manè oratio mea praeveniet te.

Ut quid Domine repellis orationem meam: * avertis faciem tuam à me?

Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea: * exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatus.

In me transierunt ira tua: * & terrores tui conturbaverunt me.

Circumdedèrunt me sicut aqua tota die: * circumdedèrunt me simul.

Elongasti à me amicum, & proximum: * & notos meos à miseria.

Antiphona. Exiit Jacob lapidem in titulum, fundens oleum desuper.

V. Domus mea. **B.** Domus orationis vocabitur. Pater noster. **Absoluit.**

Benedictio. Deus Pater omnipotens. **Sermo Sancti Augustini Episcopi.**

Sermo 252. de Tempore.

Lectio IV.

Quotiescumque, fratres charissimi, altaris vel templi festivitatem colimus, si fideliter ac diligenter attendimus, & sanctè ac iuste vivimus, quidquid in templis spiritali adificatione completur. Non enim mentitus est ille qui dixit: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Et iterum: Nescitis, quia corpora vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est? Et ideò, fratres charissimi, quia nullis praecedentibus meritis per gratiam Dei meritiis fieri templum Dei, quantum possumus cum ipsius adiutorio laboremus, ne Dominus noster in templo suo, hoc est in nobis ipsis inveniat, quod oculos suos majestatis offendat.

V. Orantibus in loco isto, Dimitte peccata populi tui Deus, & ostende eis viam bonam, per quam ambulent, & da gloriam in loco isto.

V. Qui regis Israel intende, qui deducis velut ovem Joseph, qui sedes super Cherubim. Dimitte peccata.

Benedictio. Christus perpetue.

Lectio V.

Sed habitaculum cordis nostri evacuetur vitiiis, & virtutibus replatur: claudatur diabolo, & aperiatur Christo: & ita laboremus, ut nobis bonorum operum clavibus janua regni caelestis aperire possimus. Sicut enim malis operibus, quasi quibusdam seriis ac viciis, vitia nobis janua clauditur: ita absque dubio bonis operibus aperitur.

Mmm 3

Et

Et ideò, fratres charissimi, unusquisque consideret conscientiam suam, & quando se aliquo crimine vulneratum esse cognoverit, prius orationibus, jejuniis vel elemosynis studeat mundare conscientiam suam, & sic Eucharistiam præstam accipere. **R.** O quam metuendus est locus iste! Verè non est hic altitudo, nisi domus Dei, & porta cæli. **V.** Hæc est domus Dòmini firmiter ædificata, benè fundata est supra firmam petram. Verè. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vij.

S enim agnoscens reatum suum, ipse se à divino altari subtraheret, citò ad indulgentiam divinæ misericordiæ perveniet. Quia sicut, qui se exaltat, humiliabitur; ita è contrário, qui se humiliat, exaltabitur. Qui enim, sicut dixi, agnoscens reatum suum, ipse se humiliter ab altari Ecclesie pro emendatione vite removere voluerit, ab æterno illo & cœlesti convivio excommunicari penitus non timebit.

R. Manè surgens Jacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper, votum vovit Dòmino: Verè locus iste sanctus est, & ego nesciebam. **V.** Cùmque evigilasset Jacob de somno, ait. Verè locus. Glória Patri. Verè locus.

In tertio Nocturno, Antiphona. Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur.

Quando hæc Antiphona dicitur integra, & illi non additur in fine, Alleluia, tunc principium Psalmi est à secundo **V.** Dicit Dòmino.

Psalmus 90.

Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur.

Dicit Dòmino: Susceptor meus es tu, & refugium meum: *

Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, * & à verbo aspero.

Scia pulis suis obumbrabit tibi: * & sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: * non timebis à timore nocturno.

A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: * ab incursu, & demônio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: * ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis: * & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Dòmine spes mea: * Altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: * & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam angelis suis mandavit de te: * ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: * ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspitem, & basiliscum ambulabis: * & conculcabis leonem & draconem.

Quoniam in me speravi, liberabo eum: * protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: * cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: * & ostendam illi salutarem meum.

Antiphona. Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur.

Antiphona. Templum Dòmini sanc-

sanctum est, Dei structura est, Dei ædificatio est.

Psalmus 95.

Cantate Dòmino canticum novum: * cantate Dòmino omnino terra.

Cantate Dòmino, & benedicite nòmini ejus: * annuntiate de die in diem salutarem ejus.

Annuntiate inter Gentes gloriam ejus, * in omnibus pòpulis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dòminus, & laudabilis nimis: * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii Gèntium demonia: * Dòminus autem cœlos fecit.

Confessio & pulchritudo in conspectu ejus: * sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferre Dòmino patriæ Gèntium, afferre Dòmino gloriam & honorem: * afferre Dòmino gloriam nòmini ejus.

Tollite hostias, & introite in atria ejus: * adorare Dòminum in atrio sancto ejus.

Commovèatur à facie ejus universa terra: * dicit in Gèntibus quia Dòminus regnavit.

Etenim corréxit orbem terræ, qui non commovèbitur: * judicabit pòpulos in æquitate.

Letentur cœli, & exultet terra, commoveatur mare, & plenitudo ejus: * gaudèbunt campi, & omnia, quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum à facie Dòmini, quia venit: * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate, * & pòpulos in veritate sua.

Antiphona. Templum Dòmini sanctum est, Dei structura est, Dei ædificatio est.

Antiphona. Benedicta glória Dòmini de loco sancto suo, alleluia.

Psalmus 98.

Dominus regnavit, irascantur pòpuli: * qui sedet super Cherubim, moveatur terra.

Dòminus in Sion magnus: * & excelsus super omnes pòpulos.

Confiteantur nòmini tuo magno: quoniam terribile, & sanctum est: * & honor regis judicium diligit.

Tu parasti dictiones: * judicium & justitiam in Jacob tu fecisti.

Exaltate Dòminum Deum nostrum, & adorare scabellum pedum ejus: * quoniam sanctum est.

Mòyses & Aaron in sacerdotibus ejus: * & Sámuel inter eos, qui invocant nomen ejus.

Invocabant Dòminum, & ipse exaudiebat eos: * in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodièbant testimonia ejus, * & præceptum quod dedit illis.

Dòmine Deus noster tu exaudiebas eos: * Deus tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventiones eorum.

Exaltate Dòminum Deum nostrum, & adorare in monte sancto ejus: * quoniam sanctus Dòminus Deus noster.

Añs. Benedicta glória Dòmini de loco sancto suo, alleluia. **V.** Hæc est domus Dòmini firmiter ædificata. **R.** Benè fundata est supra firmam petram. Pater noster. **Ab solutio.** A vinculis. **V.** Jube domine. **Benedictio.** Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. 19.

In illo tempore: Ingressus Jesus sanctum est, Dei structura est, Dei ædificatio est.

Antiphona. Benedicta glória Dòmini de loco sancto suo, alleluia.

Homilla Sancti Ambrósii Episcopi.
Lib. 8. in Lucam, *prope finem.*

Zacheus staturá pusillus, hoc est, nullá nobilitatis ingénitate dignitate sublimis, exiguus méritis sicut pópulus nationum, audito Dómini Salvatoris advéntu, quem sui non receperant, videre cupiebat. Sed nemo facíle Jesum videt: nemo potest Jesum videre constitutus in terra. Et quia non Prophétas, non legem habebat, tamquam formæ gratiam naturalis, ascendit in sycómorum, vanitatem scilicet Judæorum vestigio suo próterens, errata quoque corrigens superioris atatis: & ideo Jesum in interioris domus recipit hospitio.

R. Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit Dóminus: in ea omnis qui petit, accipit: & qui quærit, invenit: Et pulsanti aperitur. **V.** Petite, & accipietis: quærite, & invenietis. Et pulsanti. **Benedictio.** Divinum auxilium.

Lectio viij.

Et benè ascendit in arborem, ut arbor bona bonos fructus faceret: ac naturalí excisus oleastro, & contra naturam insertus in bonam olivam, fructum posset legis afferre. Radix enim sancta, etsi rami inútilis: quorum infructuosam glóriam plebs Géntium fide resurrectionis, quasi quadam cõpõris elevatione transcendit. Zachæus ergo in sycómoro, cæcus in via: quorum alterum Dóminus miseratûrus expéctat, alterum mansiónis suæ claritate nobilitat: alterum sanatûrus interrogat, apud alterum se non invitatus invitat. Sciébat enim iberem hospitii sui esse mercédem. Sed tamen, etsi nondum vocem invitantis auclerat, jam viderat affectum.

R. Lápides pretiosi omnes muri tui, & turres Jerusalem gemmis adiacentur. **V.** Porta Jerusalem ex

saphiro & smarágo ædificabuntur, & ex lapide pretioso omnis circuitus muri ejus. Et turres. Glória Patri. Et turres. **Bened.** Ad societatem.

Lectio ix.

Verum ne cæcum illum tamquam fastidiosum pãperum citò reliquisse videámur, & transisse ad divitem, expectémus eum, quia expectavit & Dóminus: interrogémus eum, quia interrogavit & Christus. Nos interrogémus, quia nescimus ille quia nóverat. Nos interrogémus, ut sciámus undè iste curátus sit: ille interrogávit, ut in uno plures discerémus, undè Dóminum videre mereámur. Interrogávit enim, ut crederémus neminem nisi confitèntem posse salvári.

Te Deum laudámus. 13.

A D L A U D E S,

& per Horas, Antiphona.

Domum tuam Dómine decet sanctitudo, in longitudinem dierum. **Psalm.** Dóminus regnavit, cum reliquis. 74. **Antiph.** Domus mea, domus orationis vocabitur. **Añs.** Hæc est domus Dómini firmiter ædificata, benè fundata est supra firmam petram. **Añs.** Benè fundata est domus Dómini supra firmam petram. **Añs.** Lápides pretiosi omnes muri tui, & turres Jerusalem gemmis ædificabuntur.

Capitulum. *Apoc. 21.*

Vidi civitatem sanctam Jerusalem, cæcus in via: quando de cœlo à Deo, paratam, sicut sponsam ornãtam viro suo.

Hymnus.

Alto ex Olympi vertice,
Summi Parentis Filius,
Ceu monte desectus lapis,
Terras in imas decedens,
Domus supernæ, & infimæ,
Utrámque junxit angulum,
Sed illa sedes Cœlitum
Semper resultat laudibus,

Deum.

Deumque Trinum & Unicum
Jugi canóre prædicat:
Illi canentes jungimur
Almæ Siónis æmuli.

Hæc templa, Rex Cœlestium,
Imple benigno lumine:
Huc ò rogatus adveni,
Plebisque vota suscipe,
Donec soluti corpore
Perfunde cœli gratiã.

Hic impetrent fideliùm
Voces, precæque supplicium
Domus beætæ mûnera,
Partisque donis gaudeant:
Donec soluti corpore
Sedes beatas impliant.

Decus Parenti debítum
Sit usquequaque Altissimo,
Natòque Patriis Unico,
Et inclyto Paráclito,
Cui laus, potestas, glória
Ætérna sit per sæcula.
Amen.

V. Hæc est domus Dómini firmiter ædificata. **R.** Benè fundata est supra firmam petram.

Ad Benedictus, Antiphona.

Zachæe festinans descende, quia hodiè in domo tua oportet me manere: at ille festinans descendit, & suscepit illum gaudens in domum suam. Hodiè huic dõmui salus à Deo facta est, alleluia.

In ipso die Dedicationis Ecclesie, & per Octavam, & quando varianda est Oratio ob concursum Dedicationis alterius Ecclesie.

Oratio.

Deus, qui invisibiliter omnia continens, & tamen pro salute generis humani signa tuæ potentie visibiliter ostendis: templum hoc potentia tuæ inhabitatiõnis illustra, & concede: ut omnes, qui huc deprecaturî conveniunt, ex quacumque tribulatione ad te clamaverint, consolatiõnis tuæ beneficia consequantur. Per Dóminum.

In anniversario Dedicationis Ecclesie, & per Octavam.
Oratio.

Deus, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis reparas diem, & sacris semper mysteriis repræséntas incólumes: exaudi preces pópuli tui, & præsta: ut quisquis hoc templum beneficis petitûrus ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur. Per Dóminum.

Ad Tertiam, Añs. Domus mea. **Capit.** Vidi civitatem, ut sup. cxvi. **R.** breve. Domum tuam Dómine, ***Decet sanctitudo.** Domum. **V.** In longitudinem dierum. Decet. Glória Patri. Domum. **V.** Locus iste sanctus est, in quo orat sacerdos. **R.** Pro delictis & peccatis pópuli.

Ad Sextam, Antiphona.
Hæc est domus Dómini.

Capitulum. *Apoc. 21.*
Et audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi pópulus ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

R. breve. Locus iste sanctus est, ***In quo orat sacerdos.** Locus. **V.** Pro delictis & peccatis pópuli. In quo. Glória Patri. Locus. **V.** Hæc est domus Dómini firmiter ædificata. **R.** Benè fundata est supra firmam petram.

Ad Nonam, Antiphona.
Lápides pretiosi.

Capitulum. *Apoc. 21. b.*
Et abstergit Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abiérunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce nova facio omnia.

R. breve. Hæc est domus Dómini firmiter ædificata. Hæc est **V.** Benè fundata est supra firmam

pe-

petram. Firmiter edificata. Gloria Patri. Hæc est. **Y.** Benè fundata est domus Domini. **R.** Supra firmam petram.

In secundis Vesperis, Antiphona, Psalmi, Capitulum & Hymnus ut in primis Vesperis, cix. **Y.** Domum tuam Domine decet sanctificatio. **R.** In longitudinem dierum.

Ad Magnificat, Antiphona, O quam metuendus est locus iste! Verè non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli.

SECUNDA DIE

Infra Octavam.

In primo Nocturno leguntur Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex Tractatu Sancti Augustini Episcopi super Psalmos

Lectio iv.

In Psalm. 121.

Jerusalem, quæ edificatur ut civitas. Fratres, quando dicebat ista David, perfecta erat illa civitas, non edificabatur. Nescio quam ergo civitatem dicit, quæ modo edificatur, ad quam currunt in fide lapides vivi, de quibus dicit Petrus: Et vos tamquam lapides vivi coedificamini in domum spiritalem, id est, templum Dei sanctum. Quid est, Lapides vivi coedificamini? Vivis, si credis: si autem credis, efficietis templum Dei; quia dicit Apostolus Paulus: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.

R. Orantibus in loco isto. **D.** Dimitte peccata populi tui Deus, & ostende eis viam bonam, per quam ambulent, & da gloriam in loco isto. **Y.** Qui regis Israël intende, qui dedecis velus ovem Joseph, qui sedes super Cherubim. Dimitte.

Lectio v.

Psa ergo modo civitas edificatur. Prædicantur de montibus lapides per manus prædicantium veritatem, conquadrantur, ut intrent in structu-

ram sempiternam. Adhuc multi lapides in manibus artificis sunt: non cadant de manibus artificis, ut possint perfecti coedificari in structuram templi. Est ergo ista Jerusalem, quæ edificatur ut civitas: fundamentum ipsius Christus est. Dicit Apostolus Paulus: Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus.

R. O quam metuendus est locus iste! **Y.** Verè non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. **Y.** Hæc est domus Domini firmiter edificata, benè fundata est supra firmam petram. Verè.

Lectio vi.

Fundamentum quando ponitur in terra, desuper edificatur parietes, & pondus parietum ad ima tendit, quia in imo positum est fundamentum. Si autem fundamentum nostrum in cœlo est, ad cœlum edificemur. Corpora edificaverunt istam structuram, quam videtis amplam surrexisse hujus Basilicæ: & quia corpora edificaverunt, fundamentum in imo posuerunt. Quia verò spiritaliter edificamur, fundamentum nostrum in summo positum est. Illic ergo curramus, ibi edificemur; quia de ipsa Jerusalem dicitur est: Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Jerusalem.

R. Manè surgens Jacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper, votum vovit Domino: **Y.** Verè locus iste sanctus est, & ego nesciebam. **Y.** Cumque evigilasset Jacob de somno, ait. Verè locus. Gloria Patri. Verè locus.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

In illo tempore: Ingressus Jesus per manus prædicantium veritatem, vir nomine Zachæus: & hic princeps

Lectio ix.

ceps erat publicanorum, & ipse dives. Et reliqua.

De Homilia Sancti Ambrósii Episcopi.

Ex lib. 8. in Lucam, prope finem.

Et confestim, inquit, vidit, & sequebatur illum, magnificans Dominum. Aliter enim non videret, nisi sequeretur Christum, nisi Dominum prædicaret, nisi sæculum præteriret. Cum divitibus quoque in gratiam revertamur. Nolumus enim offendere divites, qui volumus, si fieri potest, sapere omnes: ne in cameli comparatione præstricti, & in Zachæo, citius quam oportuit, derelicti, justæ habeant commotionis offensam.

R. Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis qui petit, accipit: & qui querit, invenit. **Y.** Et pulsanti aperitur. **Y.** Pétite, & accipietis, querite, & invenietis. Et pulsanti.

Lectio viij.

Discant divites, non in facultatibus crimen hære, sed in iis, qui uti nesciant facultatibus. Nam divitiæ ut impedimenta improbis, ita bonis sunt adumenta virtutis. Dives certè Zachæus, & electus à Christo: sed dimidium bonorum suorum pauperibus largiendo, reddendo etiam in quadruplum quæ fraude sustulerat, (alterum enim non sat est, nec habet gratiam liberalitas si injuria perseverat, quia non spolia, sed dona queruntur) uberiorem mercèdem quam conferebat, accepit.

R. Lapides pretiosi omnes muri tui, **Y.** Et turres Jerusalem gemmis edificabuntur. **Y.** Porta Jerusalem ex sapphiro & smaragdo edificabuntur, & ex lapide pretioso omnis circuitus muri ejus. Et. Gloria Patri. Et.

ET benè princeps indicitur publicanorum. Quis jam de se desperet, quando & iste, qui census ex fraude, ad salutem pervenit? Et ipse, inquit, dives. Ut scias non omnes divites, avaros. Quia statuta pusillus erat. Quid sibi vult, quod nullus alterius staturam Scriptura, nisi hujus expressit? Vide ne forte malitia pusillus, aut adhuc pusillus fide. Nondum enim reddere promiserat: nondum viderat Christum: merito adhuc pusillus. Joannes autem magnus, quia & Christum vidit, & Spiritum sicut columbam super Christum manentem, sicut ipse ait: Vidi Spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum.

Te Deum laudamus. 12.

TERTIA DIE

Infra Octavam.

Lectiones primi Nocturni, de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Augustini Episcopi, Sermone 256. de Tempore.

Lectio iv.

Celebritas hujus congregationis, dedicatio est domus orationis. Domus ergo nostrarum orationum ista, domus autem Dei nos ipsi. Si domus Dei nos ipsi, nos in hoc sæculo edificamur, ut in fine sæculi dedicemur. Edificium, immò edificatio habet laborem, dedicatio exultationem. Quod hic fiebat, quando ista surgebat, hoc fit modo, cum congregantur credentes in Christum. Credendo enim, quasi de sylvis & montibus ligna & lapides prædicantur: cum verò catechizantur, baptizantur, formantur, tamquam inter manus fabricorum, & opticum dolantur collineantur, complanantur. Veritatem domus Domini non faciunt, nisi quando charitate compaginantur.

R.

R. Orántibus in loco isto, * Dimitte peccáta pópuli tui Deus, & osténde eis viam bonam, per quam ámbulent, & da glóriam in loco isto. **V.** Qui regis Israël inténde, qui dedúcis velut ovem Joseph, qui sedes super Chérubim. Dimitte.

Lectio v.

Ligna ista & lápides si non sibi certo ordine cohererent, si non se pacífice innécterent, si non se invicem, coheréndo sibi, quodámodo amarent, nemo huc intráret. Dénique quando vides in álqua fábrica lápides & ligna bené sibi coherére, secúrus intras, ruínam non times. Volens ergo Dóminus Christus intráre, & in nobis habitáre, tamquam adíficándo dicebat: Mandátum novum do vobis, ut vos invicem diligátis. Mandátum, inquit, novum do vobis. Véteres enim erátis, domum míhi nondum faciébátis, in vestra ruína jacebátis. Ergo ut eruámíni a vestra ruína vetustáte, vos invicem amáte.

R. O quam metuendus est locus iste! * Verè non est hic álud, nisi domus Dei, & porta cœli. **V.** Hæc est domus Dómini firmite adíficáta, bené fundáta est supra firmam petram. Verè.

Lectio vi.

Consideret ergo charitas vestra, adíficári adhuc istam domum toto, sicut prædictum est & promissum, orbe terrarum. Cum enim adíficátur domus post captivitátem, sicut habet álus Psalmus, dicitur: Cantáte Dómino cánticum novum: cantáte Dómino omnis terra. Quod ibi dixit, cánticum novum: hoc Dóminus dixit, mandátum novum. Quid enim habet cánticum novum, nisi amórem novum? Cantáre amántis est. Vox hujus cantóris, fervor est sancti amóris. Amémus, gratias amémus: Dóminum enim amá-

mus, quo nihil mélius invenimus: ipsum amémus propter ipsum, & nos in ipso, tamen propter ipsum.

R. Mané surgens Jacob erigebat lápídem in titulum, fundens óleum désuper, votum vovit Dómino: * Verè locus iste sanctus est, & ego nescíbam. **V.** Cúmque evigílasset Jacob de somno, ait. Verè locus. Glória Patri. Verè locus.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 19.

In illo tempore: Ingressus Jesus perambulábat Jéricho. Et ecce vir nómine Zachæus: & hic prínceps erat publicanórum, & ipse dives. Et reliqua.

De Homilia Sancti Ambrósii Episcopi.

Ex lib. 8. in Lucam, prope finem.

Quæ autem turba, nisi imperítæ confusio multitudinis, quæ vérticem nequit vidére sapientíæ? Ergo Zachæus quándiu in turba est, non videt Christum: supra turbam ascéndit, & vidit: hoc est, plebis iam transgressus inscitiam, meruit, quem desiderábat, aspídere. Pulchrè autem addidit: Quia illá parte erat transiturus Dóminus: vel ubi scómorus, vel ubi crediturus: ut & mystérium serváret, & grátiam semináret. Sic enim vénérat, ut per Judæos transiret ad Gentes. **R.** Domus mea, domus oratiónis vocábitur, dicit Dóminus: in ea omnis qui petit, accipit: & qui quærit, invenit: * Et pulsánti aperiétur. **V.** Péttite, & accipíeris: quærite, & inveníetis. Et pulsánti.

Lectio viij.

Vidit itaque Zachæum sursum. Jam enim sublimitate fidei inter fructus novórum óperum, velut secundæ altitúdine árboris emínébat. Et quóniam de typo ad morália de

defleximus, inter tot credéntium voluptates Dominicá die relaxáre ánimum, festivitátem admiscére deléctat. Zachæus in scómoro, novum videlicet novi témporis pomum, ut in hoc quoque complerétur illud: Arbor fici prodúxit grossos suos.

R. Lápides pretiósí omnes muri tui: * Et turres Jérusalem gemmis adíficábuntur. **V.** Porta Jérusalem ex sapphíro & smarágo adíficábuntur, & ex lápide pretiósio omnis circuitus muri ejus. Et. Glória Patri. Ets.

Lectio ix.

Ad hoc enim Christus advénit, ut ex lignis non poma, sed hómines nasceréntur. Lægimus álibi: Cúm esses sub árbore fici, vidi te. Ergo Nathánaël sub árbore, hoc est, supra radicem, quia justus. Radix enim sancta. Sub árbore tamen Nathánaël, quia sub lege: Zachæus supra árborem, quia supra legem. Ille Dómini occúltus defensor, hic públicus prædicátor. Ille adhuc Christum ex lege quærebát: iste jam supra legem relinquebat sua, & Dóminum sequebátur.

Te Deum laudámus. 12.

QUARTA DIE

Infra Octavam.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De Sermone Sancti Augustini Episcopi.

Ex Sermone 256. de Tempore.

Lectio iv.

Aténdite in Psalmo dedicatiónis, quem modo cantávimus ex ruína adíficatórum: Conscidisti saccum meum; hoc pertinet ad ruinam. Quid ergo ad adíficium? Et accínxisti me letitíá. Vox dedicatiónis: Ut canter tibi glória mea, & non compúgar. Quis est, qui loquitur? In verbis ejus agnóscite. Si

expóno, obscérum est. Ergo verba ejus dicam, continúo agnóscétis loquentem, ut amétis alloquentem. Quis est, qui dicere potuit: Errásti Dómine ab inferis ánimam meam?

R. Orántibus in loco isto, * Dimitte peccáta pópuli tui Deus, & osténde eis viam bonam, per quam ámbulent, & da glóriam in loco isto. **V.** Qui regis Israël inténde, qui dedúcis velut ovem Joseph, qui sedes super Chérubim. Dimitte.

Lectio v.

Cujus ánimá jam ab inferis éruíta est, nisi de qua dictum est álío loco: Non derelinques ánimam meam in inferno? Propónitur dedicatío, & cantatur liberatío, cánticum dedicatiónis domus, & dicitur: Exaltábo te Dómine, quóniam suscepisti me, & non jucundásti inimicos meos super me. Atténdite Judæos inimicos, qui se putabant cæcitate Christum, vicisse tamquam inimicum, perdidisse quasi hóminem carnis similem atque mortálem.

R. O quam metuendus est locus iste! * Verè non est hic álud, nisi domus Dei, & porta cœli. **V.** Hæc est domus Dómini firmite adíficáta, bené fundáta est supra firmam petram. Verè.

Lectio vi.

Resurrexit tértia die, & ejus vox est: Exaltábo te Dómine, quóniam suscepisti me. Atténdite Apostolum dicentem: Propter quod eum exaltávit. Et non jucundásti inimicos meos super me. Ipsi quidem in Christi morte jucundabántur, sed in ejus resurrectione, ascensione, prædicatióné álíqui compungebántur. In ejus ergo prædicatióné, & per Apostolorum constantie diffamátionem álíqui compungebantur, & convertébantur: álíqui obdurábantur, & confundebántur: nulli tamen jucundabántur.

R. Manè surgens Jacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper, votum vovit Domino; **V.** Verè locus iste sanctus est, & ego nesciebam. **R.** Cumque evigilasset Jacob de somno, ait. Verè locus. Gloria Patri. Verè locus.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

IN illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse dives. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ. Lib. 27. Moral. cap. 27. post medium.

SI veraciter sapientes esse, atque ipsam sapientiam contemplari appetimus, stultos nos humiliter cognoscamus. Relinquamus noxiam sapientiam, discamus laudabilem fatuitatem. Hinc quippe scriptum est: Stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientes. Hinc rursum dicitur: Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Hinc Evangelicæ historiæ verba testantur: quia Zachæus cum videre præ turba nihil posset, sycómori arborem ascendit, ut transeuntem Dominum cerneret. Sycómorus quippe ficus fatua dicitur.

R. Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis qui petit, accipit: & qui querit, invenit: **V.** Et pulsanti aperietur. **R.** Petite, & accipietis: quarite, & inveniatis. Et pulsanti.

Lectio viij.

PUssilus itaque Zachæus sycómorum subit, & Dominum vidit: & quia qui mundi stultitiam humiliter eligunt, ipsi Dei sapientiam subtiliter contemplantur. Pusillitatem namque nostram ad videndum

Dominum turba præpedit: quia infirmitatem humanæ mentis, ne lucem veritatis intendant, curarum secularium tumultus premit. Sed prudenter sycómorum ascendimus, si provide eam, qua divinitus præcipitur, stultitiam mente tenemus. Quid enim in hoc mundo stultius, quam amissa non querere, possessa rapientibus relaxare, nullam pro acceptis injuriis injuriam reddere, immo adjunctis aliis patientiam præbere?

R. Lápides pretiosi omnes furi tui:

V. Et turres Jerusalem gemmis edificabuntur. **R.** Porta Jerusalem ex sapphiro & smaragdo edificabuntur, & ex lapide pretioso omnis circuitus muri eius. Et. Gloria Patri. Et.

Lectio ix.

QUASI enim sycómorum nos ascendere Dominus præcipit, cum dicit: Qui auferit quæ tua sunt, ne repetas. Et rursum: Si quis te perceriserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram. Per sycómorum Dominus transiens cernitur, quia per hanc sapientem stultitiam, etsi necdum, ut est, sólida, jam tamen per contemplationis lumen Dei sapientia quasi in transitu videtur, quam videre nequeunt qui sibi sapientes esse videntur: quia ad conspiciendum Dominum, in elata cogitationum suarum turba deprehensi, adhuc sycómori arborem non invenierunt.

Te Deum laudamus. 13.

Q U I N T A D I E

Infra Octavam.

Lectioes primi Nocturni, de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De Sermone S. Augustini Episcopi.

Ex Serm. 256. de Tempore.

Lectio iv.

MOdò quando implentur Ecclesie, putamus jucundari Ju-

Lectio vj.

CAntet Christus Redemptor, gemmat Judas venditor, erubescat Judæus emptor. Ecce Judas vendidit, Judæus emit, malum negotium egertur, ambo damnati sunt, seipsos perdidierunt venditor & emptor. Dicit ergo caput nostrum, dicat pro corpore occiso, & corpore dedicato. Dicit, audiamus: Conscidisti saccum meum, & accinxisti me lætitiâ: id est, conscidisti mortalitatem meam, & accinxisti me immortalitate & incorruptione. Ut cantet tibi gloria mea, & non compungar. Quid est, non compungar? Jam contra me non ferat lanceam persecutor, ut non compungar. Christus enim surgens à mortuis jam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur.

R. Manè surgens Jacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper, votum vovit Domino; **V.** Verè locus iste sanctus est, & ego nesciebam. **R.** Cumque evigilasset Jacob de somno, ait. Verè locus. Gloria Patri. Verè.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

IN illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse dives. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ

Presbyteri.

Lib. 5. cap. 77. in Luc. 19.

QUæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Ecce enim camelus deposita gibbi sarcinâ per foramen acus transit, hoc est, dives & publicanus relicto onere divitiarum, contempto censu fraudum, angustam portam, arcetamque viam, quæ ad vi-

tam

Judæos? Ecclesie edificantur, deiciantur, implentur: quomodo illi jucundantur? Non solum non jucundantur, sed etiam confunduntur, & implentur vox exultantis: Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me: & non jucundasti inimicos meos super me. Non jucundasti super me: si mihi credant, jucundabis in me. Ne multa dicamus, ad illa quæ cantavimus, aliquando veniamus. Quomodo dicit Christus: Conscidisti saccum meum, & accinxisti me lætitiâ? Saccus ejus erat similitudo carnis peccati.

R. Orantibus in loco isto, **V.** Dimitte peccata populi tui Deus, & ostende eis viam bonam, per quam ambulent, & da gloriam in loco isto. **R.** Qui regis Israël intende, qui deducis velut ovem Joseph, qui sedes super Cherubim. Dimitte.

Lectio v.

NON tibi viliscat quod ait, Saccum meum: ibi erat inclusum pretium tuum. Conscidisti saccum meum. Evasimus ad saccum istum. Conscidisti saccum meum. In passione conscisus est. Quomodo ergo Deo Patri dicitur: Conscidisti saccum meum? Quomodo Patri dicatur, vis audire? Conscidisti saccum meum? Quia proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Fecit enim per Judæos nescientes, undè redimerentur scientes, & confunderentur negantes. Nesciunt enim quid boni nobis operati sunt malo suo. Suspensus est saccus, & quasi lætatus est impius. Conscidit saccum lancea persecutor, & fudit pretium nostrum Redemptor. **R.** O quam metuendum est locus iste! **V.** Verè non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. **R.** Hæc est domus Domini firmi ter edificata, benè fundata est supra firmam petram. Verè.

tam ducit, ascendit. Qui mirā devotione fidei ad videndum Salvatorem, quod naturā minū haberat, ascensu supplet arboris: atque ideō justē, quamvis ipse rogare non audeat, benedictionem Dominicæ susceptionis, quam desiderabat, accipit.

B. Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis qui petit, accipit: & qui querit, invenit. Et pulsanti aperiētur.

¶ Petite, & accipiētis: quærite, & inveniētis. Et pulsanti.

Lectio vij.

Mysticē autem Zachæus, qui interpretatur justificatus, credentem ex Gētibus pōpulum significat. Qui quāto curis secularibus occupatior, tantō flagitiis deprimētibz erat factus humilior. Sed ablūtus est, sed sanctificatus, sed justificatus in nōmine Dōmini nostri Jesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Qui intrātem Jéricho Salvatorem vidēre quærēbat, sed præ turba non poterat: quia grātiæ fidei, quam mundo Salvator attulit, participare cupiēbat: sed in solā vitiorum consuetudo, ne ad votum perveniret, obstiterat.

B. Lápides pretiosi omnes muri tui: Et turres Jerusalem gemmis edificabuntur. **¶** Porta Jerusalem ex sapphiro & smaragdo edificabuntur, & ex lapide pretioso omnis circuitus muri ejus. Et. Gloria Patri. Et.

Lectio ix.

EAdem namque turba noxiæ consuetudinīs, quæ supra cæcum clamantem, ne lumen pēteret, increpabat; etiā suspiciētem publicanum, ne Jesum videret, tardat. Sed sicut cæcus turbārum voces magis ac magis clamandō devicit: ita pusillus necesse est turbæ nocēntis obstaculum altiōra petēdo trans-

cēdat, terrēna relinquat, arborem crucis ascendat. Sycōmorus namque (quæ est arbor fōlis moro similis, sed altitudinē præstans, undē & à Latinis celsa nuncupatur) ficus fátua dicitur. Et eadem Dominica crux, quæ credētes alit ut ficus, ab incredulis irridētur ut fátua.

Te Deum laudamus. 12.

S E X T A D I E

Infra Octavam.

Lectiones primi Nocturni, de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De Sermōne S. Augustini Episcopi.

Ex Sermone 256. de Tempore.

Lectio iv.

ERgo, dum novam constructionem sanctæ hujus Ecclesiæ libenter attendimus, quam divino nōmine hodiē dedicamus, invenimus à nobis debēri & Deo nostro mǎximam laudem, & sanctitati vestræ cōgruum de divinæ domus ædificatione sermōnem. Tunc autem sermo noster cōgruus erit, si in se aliqū ædificationis habeat, quod utilitati animārum vestrarum, Deo vos intērius ædificante, proficiat. Quod hic factum corporaliter vidēmus in parietibus, spiritaliter fiat in mētibz: & quod hic perfectum cernimus in lapidibus & lignis, hoc, ædificante grātia Dei, perficiatur in corpōribz vestris.

¶ Orantibus in loco isto. **¶** Dimitte peccata pōpuli tui Deus, & ostēde eis viam bonam, per quam ambulent, & da glōriam in loco isto. **¶** Qui regis Israël intēde, qui dedūcis velut ovem Joseph, qui sedes super Cherubim, Dimitte.

Lectio v.

PRincipaliter ergo grātiās agāmus Dōmino Deo nostro, à quo est omne datum optimum, & omnē donum perfectum: & ejus bonitatem totā cordis alacritate laudemus, quō-

De Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

Lit. 5. cap. 77. in Luc. 19.

ET cum venisset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum. Perambulans Jéricho Salvator, venit ad locum, ubi præcurrēns Zachæus sycōmorum conscēderat: quia missis per mundum sui verbi præconibus, in quibus ipse nimirum & loquebatur & ibat, venit ad pōpulum nationum, qui passionis ejus fide jam sublimis existens, etiā divinitatis ejus ardēbat agnita facie beari. Suspicions vidit illum, quia per grātiā fidei à terrenis cupiditatibus elevatum, turbicose infidelibus præmiēntem elegit. Vidēre enim Dei, eligere vel amare est. Undē est illud: Oculi Dōmihī super justos. Nam & nos quæ amamus, vidēre: ab his quæ execramus, intuium festinamus avērtēre.

B. Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis qui petit, accipit: & qui querit, invenit. Et pulsanti aperiētur. **¶** Petite, & accipiētis: quærite, & inveniētis. Et pulsanti.

Lectio vij.

Vidit ergo Jesus vidētem se, quia elegit eligentem se, & amavit amantem. Hunc sanē ordinem proficiēdi, hoc est, per fidem Dominicæ incarnationis ad cognitionem divinitatis perveniēdi, quasi per sycōmorum Jesu faciem speculandi Doctor egregius ostēdit, cum ait: Non enim judicavi scire me aliqūd inter vos, nisi Christum Jesum, & hunc crucifixum. Itēque aliis exprobrans: Facti estis, inquit, quibus lacte opus sit, non sólido cibo. Lac infirma temporariæ dispensationis, sólidum cibum ardua perpētue majestatis appellans.

B. Lápides pretiosi omnes muri tui: Et turres Jerusalem gemmis edificabuntur.

¶ Et reliqua.

¶ Pars Hymnalis.

¶ Nnn

quōniam ad construēdam istam domum orationis, fideliū suōrum visitavit animū, excitavit affēctum, surrogavit auxiliū, inspiravit necdum volētibz ut vellent, adjuvit bonæ voluntatis cōnatus ut facerent: ac per hoc Deus, qui operātur in suis & velle & perficere pro bona voluntate, hæc omnia ipse cepit, ipse perfecit.

¶ O quā metuēndus est locus iste! **¶** Verē non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. **¶** Hæc est domus Dōmini firmiter ædificata, benē fundata est supra firmam petram. Verē non est.

Lectio vij.

ET quia opera bona in conspectu suo nunquam esse permittit inania, fidelibus suis, quibus operantibus præbuit virtutis suæ favorem, tribuet condignam pro tanta operatione mercedem. Adhuc amplius agēde sunt gratiæ Deo nostro. Hanc enim Ecclesiam, quam fecit nōmihī suo construi, fecit etiā Sanctorum Martyrum reliquias amplius honorari.

¶ Mane surgens Jacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper, votum vovit Dōmino: **¶** Verē locus iste sanctus est, & ego nesciēbam. **¶** Cūque evigilasset Jacob de somno, ait: Verē locus. Gloria Patri. Verē locus.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundūm Lucam.

Lectio vij.

Cap. 19.

In illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Jéricho. Et ecce vir nōmihē Zachæus: & hic princeps erat publicanōrum, & ipse dives. Et reliqua.

¶ Pars Hymnalis.

¶ Nnn

¶ fi-

fiabuntur. **V.** Porta Jerusalem ex sapphro & smaragdo edificabuntur, & ex lapide pretioso omnis circuitus muri ejus. Et turres. Gloria Patri. Et turres.

Lectio ix.

ET dixit ad eum: Zachæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Manebat aliquando Dominus in domo principis Pharisæorum, hoc est, in Judæorum synagoga docebat: sed quia non baptizatum ante prandium, sabbato curantem, publicanos & peccatores recipientem, contra avaritiam disputantem, & cætera digna Deo gerentem, lingua venenata carpentem: pertasus eorum facinora, descissit & aufugit, dicens: Relinquitur vobis domus vestra deserta. Hodie autem in domo pusilli Zachæi oportet illum manere: hoc est, novæ lucis gratiâ coruscante, in humili credentium nationum corde quiescere.

Te Deum laudamus. 13.

SEPTIMA DIE

Infra Octavam.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Joannis Chrysostomi.

Ex Homilia 33, in 1. 9. Mattii.

Lectio iv.

Communis omnium domus est Ecclesia, in quam vobis prius ingressis nos intramus, discipulorum formam retinentes: ideoque communiter omnibus statim atque ingressi fuimus, ut illis datam legem sequamur, pacem offerimus. Nemo igitur socordia torpeat, nemo secularibus rebus suspensus animum habeat, cum jam ad predicandum sacerdotes intraverint.

Non enim parva huic rei imminet poena. Equidem millies potius malum in domum alioquin vestrum ingressus destitui, quam hic prædicans non audiri. Hoc mihi molestius esset quam illud, quandoquidem magis propria hæc est, quam illa.

R. Orantibus in loco isto, * Dimitte peccata populi tui Deus, & ostende eis viam bonam, per quam ambulent, & da gloriam in loco isto. **V.** Qui regis Israël intende, qui deducis velut ovem Joseph, qui sedes super Cherubim. Dimitte.

Lectio v.

Nam hic magnæ illæ nostræ opes posite sunt, hic spes nostra omnis. Quid enim hoc loco non magnum est & admirandum? Nam hæc mensa longè pretiosior est atque jucundior; & lucerna hæc, quam illa, ut norunt qui cum fide oleo peruncti, à morbis liberati sunt. Arca etiam hæc multo melior, magisque necessaria. Non enim vestes, sed misericordiam inclusam continet, quamvis pauci sint qui eam possideant. Hic & lectulus est valde illo præstantior: divinæ enim Scripturarum reliquias quovis lecto suavior est.

R. O quam metuendus est locus iste! * Verè non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. **V.** Hæc est domus Domini firmiter edificata, benè fundata est supra firmam petram. Verè non est.

Lectio vj.

ET quidem si concordia perfectè servaretur à nobis, nullam illam domum præter hanc haberemus. Hoc autem quod dixi, non esse durum, testantur illa tria milia, & quinque milia hominum, quibus & domus una, & mensa una, & anima una erat. Multitudi-

nis

nis enim credentium, inquit, unum erat cor, & anima una. Sed quia longè ab illorum virtute absumus, & per domos disjuncti sumus, saltem quando hæc convenimus, id omni studio faciamus. Nam etsi in aliis rebus pauperes & inopes sumus, hoc loco saltem, cum hæc ad vos intramus, cum charitate nos suscipite: cumque, Pax vobis, dico: Et cum spiritu tuo, non voce solum, sed animo quoque respondere.

R. Manè surgens Jacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper, votum vovit Domino: * Verè locus iste sanctus est, & ego nesciebam. **V.** Cumque evigilasset Jacob de somno, ait. Verè locus. Gloria Patri. Verè locus.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Cap. 19.

In illo tempore: Ingressus Jesus et perambulabat Jericho. Et ecce viro nomine Zachæus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse dives. Et reliqua.

De Homilia venerabilis Bedæ

Presbyteri.

Paulo post prædicta.

ET cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quòd ad hominem peccatorem divertisset. Manifestum est, Judæos semper Gentium odisse salutem. Scriptum est enim: Sequenti verò sabbato penè universa civitas convenit audire verbum Domini. Videntes autem turbas Judæi repleri sunt zelo, & contradicebant iis, quæ à Paulo dicebantur. Et alibi, fideles etiam fratres adversus Apostolorum principem disceptabant, dicentes: Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis?

R. Domus mea, domus orationis

vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis qui peti, accipit; & qui querit, invenit: * Et pulsanti aperitur, **V.** Petite, & accipietis: querite, & invenietis. Et pulsanti.

Lectio viij.

Stans autem Zachæus dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus: & si quid alioquem defraudavi, reddo quadruplum. Aliis calumniantibus hominem peccatorem, ipse Zachæus stans, id est, in ea quam cooperat fidei veritate persistens, non solum se ex peccatore conversum, sed etiam inter perfectos probat esse conversatum. Dicente enim Domino: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia que habes, & da pauperibus: quisquis ante conversionem innocenter vixit, omnia conversus potest dare pauperibus.

R. Lápides pretiosi omnes muri tui: * Et turres Jerusalem gemmis edificabuntur. **V.** Porta Jerusalem ex sapphro & smaragdo edificabuntur, & ex lapide pretioso omnis circuitus muri ejus. Et turres. Gloria Patri. Et turres.

Lectio ix.

AT qui aliqua frange stultit, primò hæc juxta legem reddere, deinde quod sibi remanserit, debet dare pauperibus. Ac sic & ipse, quia sibi nil retinet, omnia sua dispergit, dat pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi. Et hæc est sapiens illa stultitia, quam de scycómoro publicanus quasi fructum vitæ légerat: rapta videlicet reddere; propria relinquere, visibilia contemnere, pro invisibilibus etiam mori desiderare, seipsum abnegare, & ejus, qui necdum videtur, Domini vestigia sequi concupiscere.

Te Deum laudamus. 13.

Nun 2

IN

IN OCTAVA
Dedicacionis Ecclesie.

Duplex.

Omnia ut in die, præter Lectio-
nes secundi Nocturni.Ex Epistola prima Sancti Felicis
Papæ Quarti.

De Consecrat. dist. 1. cap. 2.

Lectio iv.

Tabernaculum Moÿsen, Dômi-
no præcipiente, fecisse & sa-
crasse, cum mensa & altari ejus, &
ceteris vasis & utensilibus ad divi-
num cultum explendum, legimus: &
non solum divinis præcibus ea sac-
crasse, sed etiam sancti olei unctio-
ne, Dômino jubente, perluisse nô-
vimus. Quâliter autem hæc facta
sint, & quomodo ipsa sacra non alii,
quam sacerdotes sacrâ unctiõe de-
libari, Dominoque cum vestibus
sanctis sacrati, & Levitæ tracta-
bant, ferébant, erigebant, & depo-
nebant; in ipsis institutionibus, quæ
jubente Dômino conscriptæ sunt per
Moysen, in lege Dômini reperitur.
R. Orantibus in loco isto. * Dimitte
peccata pöpuli tui Deus, & ostén-
de eis viam bonam, per quam am-
bulent, & da glóriam in loco isto.
V. Qui regis Israël intēde, qui
dedicisti velut ovem Joseph, qui
sedes super Chérubim. Dimitte.

Lectio v.

Quâliter ergo David regum
piissimus amplificaverit cul-
tum Dei, & templum Dômi-
no ædificare voluerit, sed propter
multum sanguinem, quem effuderat,
prohibitus est, & ipse colligerat
expēnsus: Salomon quoque filius
ejus, idipsum quod ipse facere op-
taverat, jubente & auxiliante Deo,

perfect, & templum cum altari,
& reliqua ad divinum cultum per-
agendum consecravit; in Libro
Regum legitur: Fecit ergo Salomon
in tempore illo festivitatem cele-
brem, & omnis Israël cum eo,
multitudo magna ab intrôitu Emath
usque ad rivum Ægypti, coram
Dômino Deo nostro septem diē-
bus, & septem diēbus, id est,
quatuordecim diēbus, & in die
octava dimisit pöpulos.

R. O quàm metuendus est locus
iste! * Verè non est hic aliud, nisi
domus Dei, & porta cæli. **V.** Hæc
est domus Dômini firmiter ædifica-
ta, benè fundata est supra firmam
petram. Verè.

De Consecrat. dist. 1. cap. 17.

Lectio vj.

Solemnitates dedicacionum Ec-
clesiarum & sacerdotum, per
singulos annos solimitter sunt cele-
brandæ, ipso Dômino exēplum
dante, qui ad festum dedicacionis
templi, omnibus id faciēdi dā-
formam, cum reliquis pöpulis eam-
dem festivitatem celebraturus ven-
nit, sicut scriptum est: Facta sunt
Encænica in Jerusalem, & hyems
erat, & ambulabat Jesus in templo
in porticu Salomonis. Quòd autem
octo diēbus Encænica sint celebra-
nda, in libro Regum, peractâ dedica-
tionē templi, reperietis.

R. Manè surgens Jacob erigebat
lapidem in titulum, fundens oleum
desuper, votum voxit Dômino:
* Verè locus iste sanctus est, & ego
nesciebam. **V.** Cumque evigilasset
Jacob de somno, ait. Verè locus.
Glória Patri. Verè locus.

OF.

OFFICIUM

BEATÆ MARIÆ
IN SABBATO.

Omnibus Sabbatis per annum,
præterquam in Adventu, Qua-
dragesima, Quatuor Temporibus, &
Vigiliis, & nisi Officiū fieri de-
beat de Feria, propter Officiū ali-
cujus Dominicæ intra Hebdomadam
ponendum, ut dicitur in Rubrica de
Dominicis, ac nisi festum novem
Lectionum occurrat, fit Officiū de
Sancta Maria modo infrascripto.

In Vesperis Ferie vj. dicuntur
Psalmi feriales in Psalterio positi,
nisi fuerit festum novem Lectionum:
quia tunc de Sancta Maria fit tan-
tum Commemoratio in diebus Vesperis
cum Antiphona, **V.** & Oratione,
ut infra: quæ Commemoratio omit-
titur, quando Feria vj. occurrit aliud
eiusdem beatæ Mariæ Officiū.

Capitulum. Eccli. 24. b

AB initio, & ante sæcula creata
sum, & usque ad futurum sæ-
culum non desinam, & in habitatio-
ne sancta coram ipso ministravi.

Hymnus.

Ave maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cæli porta.
Sumens illud Ave,
Gabriell ore,
Funda nos in pace
Mutans Hevæ nomen.
Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.
Monstra te esse Matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac & castos.
Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jesum
Semper collemur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritus sancto,
Tribus honor unus. Amen.
V. Diffusa est gratia in labiis tuis.
R. Propterea benedixit te Deus in
æternum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Beata Mater, & intacta Virgo, glo-
riosa Regina mundi, intercede pro
nobis ad Dôminum. **V.** Dôminus
vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Concede nos famulos tuos, quæ-
sumus Dômine Deus, perpetuæ
mentis & corpõris sanitate gaudere:
& gloriosa beatæ Mariæ semper vir-
ginis intercessiõe, à præsentis libe-
rari tristitia, & æternæ pferui laci-
titiæ. Per Dôminum, &c.

Vel alia pro temporis varietate,
ut infra notatur. cxxxij.

Post Orationem sunt Commemo-
rationes consuetæ de Apostolis & de
Pace. 118. Vel de Cruce
tempore Paschali. cxxxij. Si autem
occurrat festum Simplex, de eo fit
Commemoratio ante ipsa Suffragia.

Completorium fit in Psalterio. Et
in fine Hymni Te lucis ante termi-
num, dicitur. Jesu tibi sit glória,
Qui natus es de Virgine, etiam si in
Vesperis facta sit tantum Commemo-

Nun 3

ra-